



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

84. Eradus à Marka.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

diensi reliquit. Viuere desijt
anno Seruatoris 1482.

LXXXIII. IOANNES
HORNEVS.

ITerum sub isto mera bella,
tumultus, turbæ. Interea ta-
men, tamquam si in mediâ pa-
ce ageretur: S. Lamberti, &
aliorum Sanctorum Reliquiæ
apertis tumultis inspectæ, patro-
cinia calidis precibus postulata:
Capiti ipsius S. Lamberti splen-
didissimum Festum institutum.
Emoritur Horneus anno 1505.

LXXXIV. ERARDVS
A MARKA.

HEros iste, Ecclesiæ, & Pa-
triæ Leodiensis bono natus,
omnium Canonicorum suffra-
gijs ritè electus, & à Pontifice,
de more confirmatus, primum
Sa-

Sacerdos, deinde Episcopus cō-
secratus, Pentecostes Spiritūs
Sancti die, primam Deo Ho-
stiam, primo Missæ Sacrificio,
obtulit: atque eâdem hebdo-
made, pluribus sacros Ordines
contulit, etsi Episcopus Suffra-
ganeus non deerat, cuius opera
plerique Superiores Episcopi,
ad id munus vti consueuerant.
Multa deinceps præclara præ-
stitit: è quibus pauca, quæ ad
Catholicam illius, & Ecclesiæ
Religionem insinuandam, per-
tinent, breuissimè, more nostro,
delibamus.

Translationis S. Lamberti Fe-
stum, maiore, quàm hactenus,
splendore, celebrari præcepit:
& sacrosanctum eius Caput,
à quatuor Cathedralis Eccle-
siæ Canonicis, in sacrâ pom-
pâ circumgestari, quotannis
redcunte

redeunte festâ die , in perpetuũ instituit.

Caroli Cęsaris Edictũ, contra Lutherum, eiusque Sectatores, per id tempus exortos , Leodij, totoque Episcopatu , promulgari iussit. Sacerdotem , praua dogmata spargentem, vlticibus flammis tradi mandauit.

Anniuersarium Sacrum, Exequiasque post mortem suam, omnibus deinceps temporibus, celebrari voluit.

Libertinos quosdam temere de Religionis Dogmatibus disputates, vel proscripsit, vel extremo supplicio sustulit. Scholas, & conuenticula hæreticorum prohibuit: & Magistellum pueros corrumpentem, perpetuo exilio damnauit. Plurimos alios hæreticos, vel morte, vel alijs pœnis multauit.

Tan-

Tandem, cum Leodiensi Ecclesie annos triginta duos, sanctissime præfuisset, ad meliorem vitam, omnibus Ecclesie Sacramentis munitus, euolauit, die 16. Febr. anno 1538.

LXXXV. CORNELIVS
A BERGIS.

INitijs huius Præfulis, multi Anabaptistæ, Angliâ expulsi, cum se in Ditionem Leodien. infudissent, supplicijs coërciti sunt; viris Vulcano: fœminis Nepruno traditis.

Capitis pœnam in eos constituit, qui hæreticorum libros, venderent, emerent, legerent, ipsis libris igni traditis. Vitâ defungitur anno 1543.

LXXXVII.